## Disputatio inauguralis de phthisi / quam ... solenni eruditorum censurae submittit Johannes Petrus Schreckenberger Sebusiensis.

#### **Contributors**

Schreckenberger, Johann Peter, active 1659. Sebisch, Johann Albert, 1614-1685. Sebisch, Melchior, 1578-1674. Spener, Philipp Jakob, 1635-1705. Université de Strasbourg.

#### **Publication/Creation**

Argentorati : Typis Eberhardi Welperi, 1659.

#### **Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/appfzgg7

#### License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org DE

# PHTHISI.

QUAM

PRÆSIDE ARCHIATRO COELESTI,
Consensu & Authoritate

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, ET EXCELLENTISSIMI IN ACADE-DEMIA ARGENTINENSI

# COLLEGII MEDICI

PRO

Summis in studio Medico Honoribus, insigniis ac Privilegiis Doctorali Bus

SOLENNI ERVDITORVM CENSVRAE

JOHANNES PETRUS Schreckenberger/ Sebusiensis


Ad Diem 17. Mens. Februarii. horis ac loco solitis.



EARGENTOR ATI

Typis EBERHARDI WELPERI.

M. DC. LIX.



PRASIDE ARCHIATRO COELESTE, Confede & Amboriente

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, SSIMI, ET EXCELLENTISSIMIN ACADE.


# COLLEGII MEDICI

PKD

Summis in Andio Menico Honordous, infigniis acPrivilegiis Doctora au un augustis

SOLENIN SEEDITORES CHARPRIE

JOHANNES PETRUS Eductenbusch



CARGENTORATI

Typis Engrenardi Weitegra

# SERENISSIMO CELSISSIMOQUE PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO

JOHANNI AUGUSTO,

HAEREDI NORWEGIAE, DUCI SLESWICI, HOLSATIAE, STORMA-RIAE ATQUE DITHMARSIAE, CO-MITI IN OLDENBURG ET DEL-MENHORST, ETC. PRINCIPI AC DOMINO MEO CLE-MENTISSIMO

Disputationem hanc inauguralem

photosopian hancin devote sub-

in perpetuæ devotionis

Subjectissimæque gratitudinis signum

humilime consecro & exhibeo

Johannes Petrus Schreckenberger.

# ILLUSTRISSIMO COMITI. AC DOMINO,

DOMINO

# OTCASIMIRO, OT

COMITI IN ESERSTEIN/
DOMINO IN FRANCE NEW RE/
WERDERSEIN/SORBACH/ETC.
COMITI AC DOMINO MEO PERCLEMENTI

MENTISSIMO

Disputationem hanc inauguralem

Subjectifisma que graticudinis

humilime confecto & exhibeo

φθισιόλογίαν hanc in devotæsubmissionis ac æviternæ gratitudinis tesseram

humilime offero

Johannes Petrus Schreckenberger.

# ILLUSTRI AC GENEROSISSIMO DOMINO,

DOMINO

# FRIDERICO WOLFF-GANGO,

LIBERO BARONI IN SEEGREN.

STIANISSIMI GALLIARUM ET NAVAR.
RÆREGIS QUONDAM DUCI AC MARESCALLO FORTISSIMO. MAXIME STRENUO.
DOMINO SUO GRATIOSISSIMO

quam & exulainem ruborem, qui dam Philicos se esse, au

mulos non nament ancient sind control of the form barum and succession of the sind control of the sind con

illorum quoque dico fecuritatem, nonnua-

importuna sua as a sucreta su de la commitua del commitua de la commitua de la commitua del commitua de la comporta de la commitua del commitua de la commitua del commitua de la commitua

Prioris generis Philuficos, I biblificos illos non Philificos, sibuth supaul slet, cerre, ut reliquos taccam, & Familiaritate, & Cognatione militarde nexos babeo, qui,

quam accurate le Pheificos & normat & pro-

humiliter commendat

Disputationis Autor J. P. Schreckenberger.



PROOEMIUM.

Herandus Phthisicorum status cum plurimis ferè per se notus sit, & ex ipsis Thesibus haud parum innotescat, ideoque uberius eum hic Præfationis ergo, quod à multis jamfactum, depingere animus non est. Mirabiles potius confiderabimus multorum circa hunc affectum opiniones actionesque, quas cerrepro rei diversitate & ridiculas & periculosas sæpius advertere licet. Illorum dico Perversitatem, qui dum Phthisici non fint, in seiplos tamen haud leviter injurii, Phthisicos se proclamare minime verentur: illorum quoque dico fecuritatem, nonnunquam & exulantem ruborem, qui dum Phtisicos se esse, ab indoctis pariter atque Doctis audiant, attamen non solum falsum hoc, sibi persuadentes monitoribus suis irascuntur, sed & insuper nulli unquam hacde re suspectos se cupientes importuna sua actudiosa conversatione omnibus nauseam ac metum, abiipsis vero haud multum amoris ac Authoritatis conciliant.

Prioris generis Phthisicos, Phthisicos illos non Phthisicos, inquam, quod attinet, certe, ut reliquos taceam, & Familiaritate, & cognatione mihi arcte nexos habeo, qui, vel quod enormius aliquando se vixisse sciant, vel per Contagium hujuscemodi aliquid contraxisse autument, accedente præsertim lectione Pathologiæ alicujus Würsungianæ, Deus bone! quam accurate se Phtisicos & nôrunt & pronunciant! Hinc querelarum agmina, hinc consultationes omnium quibus Medicina saltem in ore, hinc medicatio-

nes variæ, ridiculæ, periculofæ! Et quod malum plane reddit incurabile, peritissimos quosvis in arte medendi Magistros, qui, quod resest, cognito bene atque perspecto, hosce PHTHISICOS NON ESSE perhibent, inscitiz aut Blanditiarum ad minimum, à Talibus videas insimulari. Hinc pergunt, Empiricos quærunt, Agyrtas consulunt, Tonsores compellant, Mulierculas audiunt, imo omnes frustillation & potissimam sui partem ejectorum Pulmonum Restauratores (quos, ut cum illo loquar, Deus confundat Impostores) maximo temporis, nummorum ac tandem valetudinis dispendio adeunt, horum consilio fruuntus; hi strenui ipsis Naturalium rerum indagatores, hi Medici omnium experientissimi cœlitusque, si Diis placet, missi, modo Phthisicos hos, Phthisicos esse dicant, & Phthisin ipsis auferre magnis verbis promittentes Corpori ac marsupio incurabilem tandem Phthisin introducant. Interea voce, cursu, lucta, Caltu, omnisque generis motu, Potando itidem, arque inclementiorem aërem, quam diurissime perferendo, cum quolibet fere sanorum ita certare possunt Phthisici nostri, ut interdum ne Hercules quidem adversus Tales: quos num ridere num deplorare potius debeas, fana Tibi dictitabit Ratio.

Posterioris generis Phthisici, & quidem vere Phthisici, nonnunquam tales, ut extrema corporis extenuatio, viriumque jactura cum facie Hippocratica nil nisi præsentaneam ipsis denunciare mortem possit; nihilominus vel monitores suos plane non audiunt, vel à Medicis præscripta Diæta ac Pharmacia negligenter satis utuntur: è contra vero tot tantaque in rerum sex non naturalium usu committentes delicta petulanter sibi ruinam accelerant. Non pauci, utut se Phthisicos esse norint, remediis quoque adversus malum hoc sollicite utantur essicacissimis; nihilo secius tantæ interdum existunt impudentiæ, ut omnibussere insensam suam fami-

familiaritatem ac consuetudinem ita sæpius obtrudant, ac si corporis constitutione præditi essent saluberrima nihilo reputantes, quam gravissime Contagii saltem ratione morbum huneplerique exhorrescant 22 MON 200121HTHI

Atque hæc potissimum causa est, quod cum nuper post institutum Examen, à Nobilissimo, Amplissimo, ac Gratio. sistimo Facultatis Medica Collegio, Theses aliquot pro Dil sputatione Inaugurali conscribere jussus fuerim, hanc mibi pro viribus ingenii instituendam Phthisiologiam inprimis elegerim. Juvet conatus hosce Deus Ter Optimus Maximus, ut in sui Nominis laudem Proximiq; salutem ac emolumentum cœpta nostra quæque feliciter terminari & absolensifind collingue, a Displace, milli-mothesupiv

Thes. I. Φοί ΣΕΩΣ Vox cum sitambigua, ipsisque Autoribus in curatione hujus mali, præsertim administranda hoc inaffectu Venæsectione aut fortiori Purgatione, non levemdigladiandidederit occasionem; evolutioni ejus paulo pressius inhærere ac Arictiorem specialemque à laxiori Generaliq; ejusd, significatu ante omnia distinguere duximns necessarium.

11. Generalis itaque Phthiseos significatio est, quando pro qualibet sive Totius sive partisalicujus extenuatione ac consumptione, imo & pro insigniori in Tabem aptitudine

seu propensione distinctim minus usurpatur.

III. Qua quidem ratione & Marasmus & colliquatio Totius in Febribus Hecticis ac ardentiffmis & Tabes ex petulantiori Venere dicta Dorfalis, & alia fere quævis, quin & ipfa Cachexia Tabes seu Phihisinuneupatur.

IV. Particulariter habemus Tabem Femoris, Brachii, Pupillæ, singularum fere Partium male affectarum, quibus

omnibus, ut dictum non nisi generalius & in solutiorisignificatu vocabulum Φθίσεως competere videtur.

V. Specialis itaque, & quæ folum hujus loci, est ca vocis Φείσεως acceptio, quæ omnem ab ulcerosis pulmonibus proficiscentem maciem & corporis extenuationem innuit-

VI. Hinc Phthisicus, qui ob exulceratos Pulmones in ejusmodi marcorem incidit, Antiphthisica, quæ medicamenta huic malo vel manisesta vel occulta qualitate resistunt, Φθινώδης, Φθισιῶν, qui de Tabe hac periclitatur, & Dispositionem (de qua infra) Φθίσεως omnino feracissimam in cor-

pore suo obtinet.

VII. Est igitur Phthisis Vocabulum Latina civitate donatum, alias Græcum ἀπὸ τῶ Φθίνειν Φθίειν, vel Φθίειν, hoc est, Consumendo seu corrumpendo dictum. Aliis Φθύσις ἀπὸ τῶ πρύζειν, spuere, eò quod hoc malo detenti frequentius spuant. Unde sputatores, accedente maximè rariori Corporis textura, plerisque statim Phthisici: licet præ cæteris ipsi quoque Melancholici & Sudatores, & Urinatores & SPVTATORES.

VIII. Appellatur alio nomine Phthoë, Latinis Tabes, Aridura, Sideratio, Germanis die Dorzsucht/ die Schwinds sucht/ die Lungensucht. Hinc

### DEFINITIO.

IX. Phthisis nihil aliud est quam totius Corporis extenuatio à Febre continua lent à ac tandem etiam Hectica, ex ulcerosa pulmonum dispositione orta, plerumque Respiratione dissicili, Tussi, ac rejectione materiæ subinde cruentæ ac purulentæ infestans.

X. Qua quidem Definitione, cui paulisper immorari libet, Generis loco ponitur Extenuatio, quæ pro diverso considerandi modo & Symptoma & Morbus haud absurde

dici poterit.

B

XI. Et quoniam Ulcus Pulmonum ejusmodi in universo Corpore affectionem, maciem nimirum seu extenuationem talem principaliter efficere assertum (qua quidem ratione & ab aliis corporis confumptionibus præsens affe-Aus discernitur) Extenuationis hujus subjectum statuimus Totum Corpus, Ulceris autem ipsos Pulmones, cum omnibus suis partibus, Parenchymate videlicet, Bronchiis, Vasis ac Membranis. and administration of coldinary to the second of the secon

Zecchius Consult. Med. I.

XII. Cum enim Pulmones, Cordis Ventilabrum, ulcerosa ejusmodi dispositione laborantes, officio non solum quod alias Cordi pro sui refrigerio debent, sufficientes esse \* Iohann. nequeant; sed & illud ipsum undiquaq; amplectentes \* purulenti inquinamenti malignitate indefinenter afficiant; impossibile quin Temperamentum ejus tandemin Calidius & Sicciustransmutatű confimilem in Toto dispositionem, & sic causam interalias Extenuationis frequentissimam producere aptum fit. momoioos assimistificated Imoumogi

> XIII. Ideam autem illius Febris quod attinet, hanc pro diversis Morbi Temporibus & Continuam Putridam & Hecticam statuere, ac ita diversarum opinionum conciliationem aliqualem instituere absonum non viderur : neutiquam tamen, quæ dictis Febribus contingere possit, exclusa complicatione pro humorum in venis putrescentium & accensorum diversitate sieri solita.

> XIV. Existente igitur tanta actotannos sapius in corpore inextinguibili flamma, mirumne à prædatorio illo igni totam corporis compagem strictiorem reddi, partesque omnes suo defraudaras genio, grata scilicet qua refocillari debuissent, & câ quæ ipsis primigenia, humiditate absorpta, mifere tandem contabescere?

> XV. Diximus & in Definitione, hanc ex febre & pulmonumulcere ortam totius corporis extenuationem, qua nihil aliud quam Phthisis, plerumque respiratione difficili,

Tuffi,

Tussi, ac rejectione subinde materiæ cruentæ ac purulentæ infestare: quorum quidem Symptomatum considerationi

& hic parum inhærendum.

XVI. Plerumque igitur Phthisici spiritum trahunt difficilimè, acclivia præsertim conscendentes loca; idquod præter experientiam & Ratio abunde inferre videtur. Læso siquidem Actionis alicujus organo, actionem ipsam non lædi quomodo eveniet? Læsis igitur pulmonibus iisque exulceratis, quod in Phthisi, quomodo cum Mercuriali \* di cam Phthisin proprie non habere anhelitus difficultatem, imo fa scend. & cilem facere anhelitum? neque tamen, quod urget Mercurialis, Asthmatici nobis statim Phtisici.

XVII. An vero Phthisici omnes tusiant, ac per tus- cap.7. sim quidem cruenta rejiciant? adhuc magis ambigitur : de

quo tamen inferius in signis.

XVIII. Pus vero vel Puri certe aliquid valde analogum, omnes fere Phthisicos ore rejicere, parum aberit quin unanimem videre liceat Autorum consensum. De vulgaribusautem Pusprobandi&à Phlegmate seu pituita internoscendi modis inferiusitidem in signis, jam ad Differentias.

### DIFFERENTIAE.

XIX. Evariat Phthisis præcipue ob Causarum varietatem; hinc alia hæreditaria, quando ab ipso ortu & \* a Pa. rentib. latente Pulmonum vitio homines tenentur, quo tandem omnes contabescunt, Qui enim tabida stirpe sati sunt, quasi hare. ditario jure necessario omnes Tabe commarcescunt, hocque malum spotom. sapius in omnes ejusdem familie ordine grassatur. Alia vero est adventitia, que post ortum hominibus demum contingit, & que pro Causarum vehementia validisimos quosvis præcipites in rainam dare poris eft. 7 moon ( steronogoupa

XX. Ethæcyel proprio Pulmonum Vitio seu imbecillitate, vel cæterarum partium tam capiti subjectarum

quam, quod fapillime, iplius capitis, introducitur.

.IXX nier Obie eas Cante i An vel Externa vel luterna.

\*de cogni corp. affe dib.1.2.

\* Ferneli us de par XXI. Orituritem alia ab externis Causis, alia ab internis; & quæ ab externis, vel à rebus necessario nos alterantibus, vel non necessario nos alterantibus; & quæ à Contingentibus, vel occulto modo, vel manisesta qualitate illud agentibus. Quæ tamen uberius in Aetiologicis.

XXII. Alia est solitaria, que nulli morborum conjuncta autab eo ortum trahens; alia vero per complicatio, nem quorundam morborum ac febrium preprimis, stipata incedens, eo que gravius etiam egrotum affligens, nonnun-

quam citius interimens, gird one of autobioperantus Maria

XXIII. Alia itidem Phthisis est confirmata, in quâ præter faciem cadaverosam dictam Hippocraticam reliquorum symptomatum congeries plerumque apparet uberior: Alia Incipiens, in qua consumptio mediocris, reliquaque mitiora ac minus terrifica.

XXIV. Aliam tandem dicunt esse, quæ sit ortum atque somitem trahens ab Ulcere dextram pulmonum partem infestante, aliam vero à tali, quod sinistram partem occupat. Et hæcipsa φθίστως Differentia, præter rationes hactenus ab Authoribus commemoratas, & inferius quoque à nobis commemorandas, summam in curatione hujus mali difficultatem, si non advagusar, inferre videtur.

withing transmission of a visa AED through the XX

XXV. Extenuationis quidem in Phthisi Causa Proxima licet sit vapor calidus & Putridus Temperamentum Cordis & hinc totius corporis in Calidius & siccius transmutans; quoniam autem omnium quæ in hoc assedu conspiciuntur symptomatum sons & origo est exulceratio Pulmonum, atque per hanc Tabidi (quod alias vocabulum est exquegenerale) nobis Phthisici dicuntur; ab hac ipsa dirus-logicar nostram exorsi quâ sieri poterit brevitate, pertra-stabimus.

XXVI. Exulcerationis igitur Pulmonum & consequenter φθίσεως Caufæ sunt vel Externæ vel Internæ.

XXVII. Externæ sunt vel necessario nos alterantes, vel non necessario nos alterantes. lov elimboro de la como

XXVIII. Cujuscunque jam sint ordinis atque conditionis, præstant hoc vel Thoracem refrigerando, vel vitiosos humores producendo vel vasa aperiendo, rumpendo aut erodendo, vel ut peculiari qualitate aut occulto modo pulmonibus infesta, vel per Contagium.

XXIX. Exhis primo A ër Φθίσιν progenerare aut progenitam fovere valet vel manifestis qualitatibus vel occultis. Manifestis quidem, primò Frigiditate, qua jam olim Medicinæ Parens \* pectori aculceribus eum pronunciavit \*Hippocr. inimicum: humores nimirum exprimendo, addant & con- 5.aphor. gelando, porosque stipando. Deinde Caliditate, juxta ef- 20.024. fatum ejusdem, pulmones exficcando, authumoribus è capite motum conciliando. Tum inæqualitate, hominis corpus jam calore laxius porisque pervium reddendo, jam frigore perpatentes ejusdem corporis meatus facilius & effica-

XXX. Hucreferunt Qualitates alienas cum nebulofis, fuliginosis, tetris, Metallicis, deleteriis, corrosivis spiritibus aut vaporibus aër infectus est: \* sic est quod Chymici & + Gordo-Metallurgimetuant, sic halitus felium dicitur Tabisicus.

cius penetrante lædendo.

XXXI. Occulto quoque modo aërem nos Phthisiin- medic. festare, docet Contagium, quo per halitum præcipuè µias- part. 4. ната Phthisicorum Sanis communicari, in iisque specie sap. 5. affectum eundem sæpius ita procreari statuunt; etiamsi & per Contactum licet rarius hoc contigisse velit authoritas. Hinc & Galeno cum Phthisicis crebrior conversatio suspecta: quamvis è multis quos per Contagium Phthisicos evafisse ac periisse affirmarunt, ne unicum quidem noverim, qui alias Phthiseos suz causas non habuerit evidentissimas.

XXXII. Cibum & Potum quod attinet, hujusmodi Affectum producere, valenteorum Qualitates vel manifestæ

Sings I lave TB 3 and 1

itidem vel occultæ. Illis agunt omnes cibi austeri, acres mordaces, salsi nimis aromatizati, corrosiva facultate præditi, Caliditate quoque varie nocentes, qui vel imediate contingendo pulmones, vel mediate per productionem talium, qui hoc essectum dare queant, humorum, exulcerationem pulmonum minantur. Lentos quoque ac vitiosos, coctionique rebelles & caput præcipuè postmodum infestantes succos quæ generunt, in hoc albo similiter comprehenduntur.

XXXIII. Occulta vero proprietate pulmonibus insidiari, eosque non secus atque cantharides vesicam arrodere tradunt Leporem marinum in cibo assumptum. An solis autem pulmonibus ita sit infensus, an vero alias quoque in corpore partes malignitate sua assiciat, vide sis pugnantem cum Galeno Rondeletium, ac cum hoc Clarifs. D. D. D.

XXXIV. Ordinem quoque tum in affumendo Cibo

Sennertum l. 6. de morb, occultis cap. 40.

tum in hauriendo potu nonnihilad hoc malum facere posse, distitendum haudest: Quid æstuante corpore haustus frigidus in nobis essiciat, quotidianam nobis acclamantem habenrus experientiam, ac quæ exinde resultant incommoda graphicè depingit Nobiliss. & Excellentissimus Dn. D. Melchior Sebizius Patronus meus ac Evergeta aternum venerandus, in parvulo suo Trastatu Germanico de Abusu acietabus, dul. \* Notanter autem adjiciendum, & humiditatem & siccitatem tam aëris quam Ciborum, pro dispositione subjecti ingeneratione hujus morbi, haud parum etiam essectum dare posse: sicut & nimia Ciborum quantitas suo modo hic quoque essicax credenda.

XXXV. Motus animi & corporis enormiores quid ad hoc conferre valeant, notum. In specie autem motus Corporis vel plane intermissus, vel omnino nimius post pastum inprimis, somnus item & vigiliæ immoderatiores, Excreta

p. n. aut Retenra, Mensium præsertim suppressio ac Venus immodica in enumeratione harum causarum minimè prætereunda.

lum hocce producentes sunt omnia sive venena sive Medicamenta tam simplicia quam composita, si vel doses suas transgrediantur, vel minus probe correcta sint. Siquidem & propria facultate erodendi tenellam pulmonum substantiam exulcerare, & tenuitate ac subtilitate quâ pollent substantia sua orificia vasorum aperire, & sic esfusionem sanguinis postmodum in pulmonibus putrescentis, adeoque ulcerosam hancipsis dispositionem inducentis esficere possunt. Vomitumitem provitantia vehementiorem, in corporibus cumprimis ad vomitum minime dispositis; qualia quidem ægre vomitum ferentia corpora accurate quoque descripta invenire licet in venerandi nostri Senis Dn. D. Sebizii. Miscellanearum Quastionum Medicarum Fasciculo 4.2-quast. 14.

XXXVII. His addimus clamores ac Cantus intensiores, gravioris oneris gestationes, Luctas, saltus, inflationes
Tubarum violentiores, ictus, Casus ab alto, & quacunque
ruptionem vasorum causare possent. Maxime autem Tussis vehementior, qua certe Phthiseos Causa existit frequentissima; adeo ut qua à Catharrho fiunt Vulnera & consequenter Elsera sapius à conjuncta vehementiori Tussi Pulmones dilacerante, quam ab ipsa humorum acrimonia

suboriri quidam non inepte statuant.

bour

XXXVIII. Interna Morbi hujus Pulmoniaci Causa

XXXIX. Proximam dicimus esse Humorem acrem, crodentem & exedentem, qui vel natura Talis, ut Bilio-sus, &c. vel talis ratione acquisitæ putredinis.

X L. Humor iste vel in ipsis Pulmonibus colligitur, vel

ab aliis Partibus eô devenit. In pulmonibus generatur, vel cum laborantaliqua intemperie, hinc acrimonia & corruptio humorum, vel cum in iis adest soluta unitas aut vomica, hinc sæpius inopinata mors: Aliunde vero patiuntur hoc mali pulmones, cum vel sordes vel humores suos partes aliæ pulmonibus transmittunt & communicant, uti sæpius sieri solet in Angina, empyemate, Pleuritide, suppressione mensium, hæmorrhoidum, &c.

XLI. Omnium autem frequentissime hanc humorum illuviem à Capite videas delapsam. Hinc Merobibuli ab intemperantiam crebrioribus ejusmodi in pectus destillationibus obnoxii, continuata aliquandiu hac victus ratione, non sine causa de Phthisi & sibi ipsis timent & multis sunt suspecti, accedente præsertim corporis constitutione minus robusta & causis morbificis minus reluctante. Acres enim illi & nitrosi humores qui enormi meracioris vini usu in capite uberrime generantur, postea descendentes spiritalibus partibus erosione sua multum facessunt, Sed & ipsi Hydropotæab hoc malo non alieni; siquidem constitutione ut totius corporisita & præcipue capitis debili, defluxiones ipsis frequentius contingere, & pulmones petere negandum non est: quamvis enim, quæ Caput corum infestat materia plerumq3 sit frigida atque mordacitatis expers, nihilominus \*in pulmones delapfa calorem præternaturalem acquirere, & putredine eos inficere rationibus suffragari videtur ipsa quoque experientia. Hinc ulcera pulmonum, hinc Terror hominum, Phthisis.

\* Confer Zech. Con fult. medic. 1.

XLII. Remotiores Causas quod concernit, sunt ex omnes humorum, ut bilis, pituitæ, seri, puris, &c. & partium dispositiones, quibus mediantibus Pulmonum ulcera postmodum ingenerantur; Humores enim illi licet vel ob qualitates proprias, vel ob distantiam loci, vel alias Causas actu nondum crodant, dispositionem tamen pulmones exulce-

randi

randi progressu temporis acquirere cum possint, merito causarum internarum earumque remotarum nomine veniunt: dispositionibus partium que humores producere valent, & adhucremotiores funt, minime exclusis.

XLIII. Huc pertinet Constitutio illa in Tabem facilisqua qui donati φθινώδεις \* appellantur, Oblongum nempe \*Hippocr. collum, Pectus acutum ac strictum, scapulæ in modum ala- 3. epidem. rum prominentes. huc illa corporis constitutio in qua pul- com. 3. mones ab ipso ortu & sic nativa debilitate ac flacciditate la- text. 70. borant: Hacenim præditos, quod dicunt, hæreditario quasi jure omnes tandem Tabe commarcescere, vero haud est dissentaneum; exiguum siquidem humoris inimici pro corruptela hujusmodi pulmonibus est sufficiens.

XLIV. Huc referent Longitudinem corporis,\* Imbecillitatem capitis, Defectum uvulæ, Actatem juvenilem, sexum fœmininum & fimilia, quæ qua ratione ad Phthifin disponere camque introducere possint, instituti ratio fu-

sius hic apponere vetat. Pergamus ad

## nifinos mobiumi n SII G N. M. Plast & Lei 6 30 Hearth

XLV. Sunt vel Diagnostica, speciem morbi cum parte affecta & causis morbificis demonstrantia, vel Prognostica, quid de morbi eventu prænunciandum, indicantia.

XLVI. Sequuti autem hic potissimum sumus Alexand. Maffariam, \* qui sane cum aliis quibusdam non fine causa parum spei Phthisicis relinquens maximum rei in co situm judicat, ut si fleri possit, tam perniciosus morbus præ-Charles and dies, a cl. Prognodice caveatur. \*

XLVII. Et certe multos videas de hoc morbo que se teneri putant, non plane frustra suas agere querelas, qui ta- sitan. de men actu Phthisiei cum nondum sint, à ferino hocce malo, Med. Prin obsequentes si se gesserint, vel omnino, velad longum rempus præservari possunt. siqui andiva ique obom oupilass

XLVIII. Ideoque figna dicimus esse Phthiscos velpræ-

sentis, vel futuræ,

Adrian Spigelius l.z.de hu. corp. fabs c. 19.

\*Practice medicin. 1.2.6.7.

\* Confer. Zacut.Ls cip.histor. 1.2. hift. 36 radi marb

XLIX. 1.2.6.12.

XLIX. Futuræ igitur Phthisis signum desumi potest r, ex dispositione corporis, qui enimadeo stricto sunt. & angusto thorace, inquit Gal. ut scapulæ à tergo instar alarum avium promineant, hi revera tam parati videntur ad Phthisin, ut omnino Phthisici jam appellari consueverint; quemadmodum & illi quibus caput facile repletur, & instrumentis spiritus multas transmittit destillationes: quæ duo si conveniant in uno illum pernicioso huic morbo valde obnomonte ab ipfootte & fictiativa debiliansianunorq alla muix

L. Alterum desumi poterit ex Actate: juxta Hippocratem enim Tabes iis maxime fiunt ætatibus quæ sunt abanno decimo octavo usque ad tricesimum quintum. Causa hujus rei ex Galeno dicitur inordinatum horum hominum vivendi institutum, ex Philotheo \* sanguinis in iis excedens \*Conf. Se nertiPra- Quantitas & vitiosa qualitas, quæ quidem brevitatis ergo apice hictetigisse sufficiate some niteral & municipality

ctic. Med.

i.z. part.

comment.

ad aph.29

(.3.0 aph

9.1.4.

LI. Tertium Futuræ Tabis signum desumunt ex anni tempore, idque cumprimis ratione aëris, (de quo supra)

& prægressæ victus rationis.

LII. Quarto, Futuræ Phthiseos signa sunt præcedentia quædam morbifica: Parentum obitus ex Phthifi, Deftillationes diu perseverantes acres & mordaces, crebriores sanguinis exspuitiones, suppurationes in pectore, ulcerosa arteriæasperæ dispositio. Pertinacior quædam tussis, Gibbositas, Dolores aliquales in regione Thoracis, &c.

LIII. Jam ad signa Phthiseos præsentis, quæ, uti di-

chum, vel sunt Diagnostica, vel Prognostica.

LIV. Pathognomonica igitur quod attinet, hauriuntur. ca præcipuè signa ex tribus fontibus r. ex læsis functionibus. 2. excretis, 3. accidentibus. quæ properanter absolvamus.

LV. Adest ergo in Phthisi Febris continua, cujus causam aliquo modo explicavimus supra 8.12. Et ea quidem ab initio putrida tantum, tandem vero transiens in Hecticam,

canalyd futura,

lentè affligit, augetur tamen præcipue ab assumpto Cibo, & sentitur maxime in genis, manuum volis ac plantis pedum, exacerbatur quoque tempore nocturno, cujus quidem exacerbationis, nisi Febris suerit complicata, causa mihi potior videtur silentium nocturnum, quo cunca nobis videntur acerbiora, quam interdiu. Pulsus adsunt languidi, modice celeres, ac tandem fere hectici.

LVI. Sitisadest intensior, Cibi fastidium, Vox effracta, seu ut ita dicam, dimidiata, & veluti, ex imo educta, quibus-dam quasi ex arundine sibilans, Lassitudo, quam vocant, Gracilitatis, quæ ad spontaneas refertur, in hauriendo aëre interdum dolor profundus & obscure pungens, Visus debilitas, Anhelitus sœtidus ac difficilis.

LVII. Num tussiant omnes Phthisici, nonnullis diximus esse ambiguum. Arbitramur autem pro conditione materiei peccantis locoque, sicut & pro viribus facultatis excretricis tussim sieri & non sieri, aut omnino parvam, nec tantam ac talem, qualem quidem in communi fere Phthisicos infestare videmus. Suppressam etiam non pauci volunt Phthisici & tussim & quod ea excernitur, sputum: ideoq; ne in conversatione cum aliis aut suspectos se, aut homines multum exosos sibi reddant, quantum possibile, & tussim & sputum frequentius cohibent.

LVIII. Quoad excreta vero, sputum cruentum ac purulentum ramentis ac portiunculis pulmonum interdum refertum, infallibile Phthiseos tradunt documentum, quod & omnium maxime terroris plenum videtur signum, de quo statim plura, cui si accedat alvi profluvium ac pilorum des suvium, in propinquo mors. Adsunt quoque sudores antelucanis præsertim horis ægros corripientes, ex imbecillitate sacultatis retentricis, itemque ab humorum acrimonia & caliditate, vasorumque debilitate frequentiores narium hamorrhagia.

.XII girut Piculiam albars, po cincurium magis effe perbl-

incinci.

LIX. Hypochondria tandem convulsa, ungues incurvati, evidens totius corporis extenuatio, quam consequitur facies Hippocratica, Oculi nimirum cavi, Tempora collapla, nasus acutus, labra liventia, arida, frigida ac lurida pellis, uno verbo nihilaliud a lagra de a manistrativa de la lista de la lagra de

He within the gelide nife mortis imago moidisassin

LX. Hæc Phthiseos signa pleraque, quæ tamen pro diversitate corporum & causarum in ils morbificarum sæpius evariant, & nunc plura nunc pauciora in ægrotis apparere solent: unde & ab uno autaltero ad præsentiam ipsius Phthiseos argumentarinon licet; pleraque enim ita sese habent, ut & alios morbos iildem stiparos incedere videamus. Quare non distributive sed collective accepta hæc signa in cognitionem exitiosissimi hujus morbi nos deducere valent.

LXI Extenuatio Totius que fit cum sputo cruento & purulento per tuffim rejecto omnium maxime videtur certissimum signum & timorosum valde, quod si reliqua symptomatum syndrome & ipsa obrepat, Phthisin certe non \* Galenus parvas egisse radices cogitandum. Quamvis non omnes cruentas patiantur exspuitiones, \* nonnullos enim post solam screationem humoris liquidi & subflavi tevi febricula correptos tabescere capisse, ac multo post tempore exiguum quiddam cum pure rejecisse, non paucos quoque in quibus nihil omnino cruoris toto morbi decursu comparuit tabe sensim sublatos, experta vult 1.5.6. 10. Authoritas au nombre al un nutro pa sinamer munalun

LXII. Si de Purulentia sputi adhuc est dubium, Tabidum exspuere jubent in ignem; quod si vehementer olet, Pusadesse dicunt, sin minus, Phlegma tantum: Verum hæc probandiratio paucis arridet. Alii sputa conjicere jubent in aquam tepidam; quodsi materia de qua dubium, fundum petat, pusesse, sin minus, Phlegma volunt: Verum & hoc non omnibus ad palatum; cum pituitam crassam, lentam ac viscidam conglobatam in aqua æque subsidere cettum sit. Alii igitur Pituitam albam, pus cineritium magis esse perhi-

4. de loc. affect. c. ult. Fernel.de par tiu morb. & Sympto.

bent;

bent; Verum, quo pus albidius, co salubrius, juxta communem Authorum consensum. Probabilius tandem qui judicare volunt, accurate observare jubent, num materia in aquam projecta ab injectione statim spargatur, & postea in imo consideat; num vero vel omnino non subsideat, vel conglobata descendat? Si hoc Pituitam; sin illud, pus esse pronunciant.

LXIII. Atque hæc pro re nata Phthisin nobis vel Futuram, vel incipientem vel confirmatam demonstrare queunt: Quo enim plura & graviora sese nobis conspicienda præbent symptomata, eo auctius & periculosius malum nobis indicatur; quo pauciora & mitiora, eo levius ac minus confirmatum.

LXIV. Signa Differentiarum quod spectat, cum potissimum à causis ea dependere superius dixerim; etiam ab

iisdem Phthiseos signa erunt desumenda.

LXV. Causas itaque Externas quod artinet, eas ab ipso ægrotante cognosces, qui omnino de salute sua sollicitus, præcedentia unde hoc masum ipsum invaserit diligentet ruminabit & anxie Tibi proponet: num videlicet percussus, idus, aut lapsus sucrit, num intemperanter vixerit, vel aërem habuerit minus clementem, vel ab exercitiis aut laboribus quibuscunque sibi hoc mali contraxerit, &c, Itemque quoad causas internas, num Morbus ipsi sit hæreditarius, aut alio modo nativus, num morbus aliquis præcesses sit huncipsum facile ingenerans, num destillationibus sit obnoxius, num ratione ætatis, sexus, Structuræ Thoracis & similium in hunc morbum sit proclivis, partim ex relatione patientis, partim propria mentis indagine manises um sier

LXVI. A congerie & magnitudine symptomatum Tempore à quo male habere cœpit, causa quoque somitem substernente & his similibus Magnitudinem seu consistmationem phthiseos plerumque æstimare solent.

C 3

LXVII.

LXVII. Num dextra vel sinistra Pulmonum pars male affecta sir, plerique ex dolore licet obscuro conjiciunt: quemadmodum si striz tantum sanguinez ac ramenta in sputoconspiciantur, ex bronchiis, si vero portiunculz carnosz ex pulmonum substantia easdem educi asseverant. Sed hze signa suas interdum patiuntur difficultates, uti & ea, quz, num ab erosione, num vero à ruptione aut apertione Vasorum assedus trahat originem, demonstrare deberent.

LXVIII. Ultima quam posuimus Phthiseos Differentia est à complicatione ejus dem aliis morbis, cujus quidem signa per corundem morborum complicationem talem constituentium characterismos perito Medico facile innotescent.

## Thomas as Bo PROGNOSTICA.

LXIX. Sequuti in hoc, uti & 0.46 monuimus, Alexandrum Massariam, & cum eo præprimis Magnos in Arte Medica Viros, Celeberrimos dico bac in inclyta Academia Dominos Professores, (quorum & scriptis & voce privatim ac publice hactenus frui nobis licuit jucundissime) OMNEM PHTHISIN, siquidem talis verè existat, pronunciamus INCVR ABILEM: Quicquid hic tumultuentur alii, ad ravim etiam usque clament, qui nescio quibus (uti vocant,) secretis non sæde tantum exulceratos pulmones, sed & frustillatim maximam sui partem ore rejectos se sanasse & in integrum restituisse, plenis buccis gloriantur.

LXX. Rationes sunt irrefragabiles, quas huc transscribere non verebimur. Prima desumpta est à motu pulmonum continuo, qui ulceris consolidationem impedire potest. Deinde adest pulmonum mollities, eaque propter tenellum suum quo sustentatur alimentum, qua valentiora medicamenta non secus atque ipsa Virium infirmitas haud admittit. Tertio addunt Viarum per quas debito tempore ad locum affectum Medicamenta idonea devenire possint,

TYPE.

defe-

defectum. Quarto & Quinto (quæ certe rationes videntur palmariæ) est Contrarietas indicantium omnes morbos curatu reddens dissicillimos, & Necessitas expurgationis per Tussim, quæ omnino plus in hoc serpente malo sacessit negocii, quam motus pulmonum naturalis: quid enim tussis essiciat, dictum \$\theta\_{.37}\$.

LXXI. Nec minus incommodi inferre videtur illud, quod nimirum in quanam pulmonum parte proprie consistat ulcus, penè ignoremus; unde & per hoc & quod nulla plane detur via, per quam Medicamenta particulam affectam certo contingere queant, Curationis admanía redditur probabilior. Imo si omnia ritè quo ad fieri posset, ac methodice transacta suerint, nil nisi quod levi occasione ejusmodi sanata ulcera refricentur ac malum de novo pullulare cogatur, sucrifecimus. \*

LXXII. Periculosiorem tamen agnoscimus eam, quæ inveterata: in qua, & præcipue ab erosione læsa sunt vasa majora: quam constituit ulcus virulentum, confirmat sa-

cies cadaverofa- de la contrata del contrata de la contrata de la contrata del contrata de la contrata del la contrata de la contrata del la contrata de la contrata del la contrata del la contrata del la contrata del la contrata de

LXXIII. Periculosior quoque est Idiopathetica; quæ in corpore ad Phthisin disposito: quæ hæreditaria.

LXXIV. Capillorum defluvium, sputum suppressum, & Alvi profluvium Phthisin solvit, sed cum interitu ægrotantis.

LXXV. Reliqua scriptorum & inprimis ipsius Hippocratis de hoc morbo pronunciata, pleraque non nisi mala & in omnibus fere de hac materia Disputationibus decantata, uberius hic proponere opus non est: Quin potius Phthisis cum plerumque sit malum diuturnum & in multos sæpius protrahatur annos; videamus breviter, quænam affeaus hujus, si quam moliri debeamus, nobis sit residua

### CVRATIO.

LXXVI. Indicationes in hoc morbo cum Authores no-

l proxime

bis suppeditent Præservatoriam & Curatoriam, seeundum has etlam quod rei nobis ablolvendum rettat, perficiemaisp Etsienini cum prænominatis Authoribus de convalesceno tia Phthisicorum parum spei nobis relictum esse antea pro-\*in 9. nunciaverimus, neque quod lacchinus ait, \* stultum este aggredi eos qui pervenerunt ad Tabem, omnino nobis videa tur frustraneum; nihilominus eum farius sit anceps experiti auxilium quam nullum, pluresque præservatoriis suis, qua certe præcipuum hic occupant locum, rite præscriptis malum hocce longius abegerint, ac monstra ut in aliis ita & in \* Avicen- hoc potissimum juxta effatum & historias \* quorundam acu va. Aver-cidere possint: Ideoque Phthisici qua ratione fint tractandi, ac in Pharmacia, Diæta & Chirurgia ipsis quid conveniat noceatve, breviter annectendum. hois. schenckii.

seri, 66.

LXXVII. Præservationem igitur quod concernit of structura Thoracis ac dispositio ipsius capitis in aliquo ad productionem hujus mali conspiret, cum omnino ita gubernare debemus, ut præter convenientiorem quovis temgraß.Plapore rerum non naturalium usum & mandantis & recipientis partis per auxilia in hunc scopum necessaria diligens a nobis adhibeatur ratio, ac quantum possibile, præcavere, no tanta & tamdiu vitioforum humorum illuvies, donec hocce malum effectum dare queat, in corpore defineatur. illud autem in specie quomodo tentare liceat, præcipue ex Oatharrhi & Angustiæ thoracis curatione Autores nos docere possunt.

LXXVIII. Quamvis enim nativa illa Thoracis confil tutio vix ac ne vix quidem immutetur: nihilominus exper Corantia subinde & id genus alia Thoraci convenientia in præservatione ab hoc malo haud parum juvant. Catharrhus aute qui revera Phthisin efficit frequentissime, convenienti Diæta, Diversione, Humorum præparatione & Purgatione, Accidentium correctione, & peculiari Capitis confortatione omni nifu est sistendus. LXXIX.

LXXIX. Phthisis quam minatur ætas, cum plerum; que in præpostero vivendi genere suam agnoscat scaturiginem, laudabiliori Diæta & rectiori rerum 6. non Naturalium usu facile quoque præcavetur, ut & ea quæ juxta Philotheum in hac ætate internas & sibi proprias habet causas, quantitatem nimirum & qualitatem sanguinis, ritè administrata Chirurgia Pharmacia & Diæta sæpius sine negocio sere avertitur.

LXXX. Quæ ex anni tempore proficisci poterit Phthisis, cum & ea plerumque ex Victu per æstatem minus idoneo suam deducat originem, itidem salubriori Victus ratione constituta, & morbificis si quæ jam adsint dispositionibus cito sublatis è via tollitur. Aërem vero liberiorem sugientes, & eum qui in hypocaustis, aut locis ubi degere nobis volupe, tum in activis, tum in passivis quibus excedit qualitatibus alterantes temporis, quod tabidis adeo nocu-

um, malevolentiæ obviam ire studebimus.

LXXXI. Præcedentia vero morbifica quod attinet, ex quibus futuram aliquando Phthisin præsentiscere nos posses superius dictum, tanto diligentius ea juxta methodum curationis erunt tractanda, quanto majorem & esticaciorem periculosissimum hocce acplane ferinum malum nobis prænunciandi vim habent; Empyema nimirum, Peripnevmonia & quæsunt hujus farinæ alia cum nil nisi Phthisin, nil nisi mortem crepent, omni studio curandique peritia erunt extirpanda: quorum omnium tamen curationem subnectere instituti ratio hic non patitur. De Phthisi quam minatur sanguinis sputum, in quo cohibendo Rondeletius multos medicos magnum ait committere errorem, notatu digna vide supra l.e. in princip cap.

LXXXII. In specie vero dicta Curatio nititur præcipue tribus indicationibus desumptis ab Ulcere pulmonis, à
Febre & à Totius macie seu extenuatione. Ulcus nimirum

D

requirit exseccantia, abstergenția & consolidantia, Febris refrigerantia & humectantia, Corpus extenuaturi autem sui renutritioneni per convenienter humectantia.

LXXXIII. Indicationum harum contrarieratem & reliqua 6.70. & 71. paucis in medium producta si quis in ægro perpendat, quantum spei sit residuum facile intelligere potest: Omnia siquidem vergunt ad interitum, & dum uni suppetias ire conamur, alteri damnum inferre cogimur. Ni-

hilominus fæpe aliquid tentandam. 41 8 millen 159 fla mul

Confuir

LXXXIV. Cum igitur perfecte ac methodice cutantes partium morbos vix aggrediantur absque adhibita diligentiratione Totius, & tum demum Universalibus præmifis cutationes suas rite instituant; hic vero Morbus Totius à Morbo partis Ulcerosa nimirum pulmonum constitutione ita dependeat, ut ci tanquam causæ continenti, qua posita ponitur, qua sublata, (ni malum prorsus jam sit in habitu) tollitur & ipse, arcte adhæreat: Ideoque Ulceris in cutatione hujus mali consideratio, præsertim si res plane deplorata nondum sit, potiores sibi partes vendicare videtur.

LXXXV. Chirurgica itaque, Hirudines videlicet & cucurbitulas, Venæsectiones, Fonticulos, cauteria (quemadmodum & purgantia sortiora) quæ humorum sive in capite, sive in toto consistentium & dessuriones ad pectus minitantium motum inhibere cosque valide evacuare possunt, non nisi ab initio & dum malum adhuc recens, autægroti vires valde sunt consentientes, adhiberi jubent.

LXXXVI. Præparantia & purganria humores quosvis, cum ubivis fere fusius scripta reperiantur, huc coacervare opus non est. Annotari sussiciat, in hunc scopum maximopere commendari Mannam, Cassiam, Rhabarbarum, Syrup. Rosarum, Violarum. In quibus plerique acquiescunt, Validioribus enim purgantibus ut & vomitoriis in hoc casu parum sidunt. Clysteribus vero lenientibus, que & excre-

menta

ex prepareix de humedan ia, Corpunantia de humedan refrigerantia de humedan ia, Corpunantia de humedan ia,

LXXXVII. Si fomitem malo præbeat Catharrhus quod plerumque sieri solet, ei subveniendum, uti 0.77. & 78. ali-

tiqua fi 70. 8 gr. paneis in medium pro musib obom oup

adhibeantur abstergentia, simplicia pariter atque compositta, ea scilicet qua abstersioni inservicutia, id quod abstersum est per tussim & sputum ex ipsis pulmonibus educere valent, ut Rad. & slores Iridis, radic. helenii. Anisum sceniculum, Adjanthum, hedera terrestris, althaa, agrimon. Beton. Botrys, Calamintha, Capill. & Hyssopus, Marrub. Origanum. Veronica. carica, jujuba, Sebesten, pruna dulcia, pistacia, pini nuces, gummi Arabicum & Tragacanth. Radix item China, Lignum Guajacum, Sassafras. & Sarza parill. \*Composita sunt: Syrup. de Veronica, de Tussiag. de sueco hedera terr. Syr. Nicotiana, Capill & Scabiosa, Martubii, Hyssopi, de Liquiritia, &c. Lohoch de Farsara, de pul mone vulpis, de pino, Lohoch sanum & expertum.

His addunt inprimis aquam mulfam & faccharat. Amygdalas amaras in ptifana decoctas, itemque Ptifanam cum faccharo rosato, hydromel, Mel crudum quod omnium po-

tentissime detergete perhibent. modification may a sig

LXXXIX. Postea adhibentur Consolidantia, in quem sinem & modo posita quædam subservire possunt: usurpantur insuper hic præcipuè Veronica, Pulmonaria, Pentaphyllum, Equisetum. Pimpinella sanguisorba, Plantago, Prunella, sanicula, Ros solis, slores Hyperici, Balaustia, Nuces Cupressi, Resina abietina, lapis hæmatit. Bolus Armen. Terra sigillat. Thus, massix, &c. ex quibus itidem pro conditione rei, Syrupi, Conservæ Eclegmata ut & Potiones Vulneratiz sacile parari possunt, quædam etiam parata jam in ossicinis prostant.

Heurn.
l.c. Roder
à Fonfec
Confult.

D 2

XC. Negue licco pede hic prætereundum est Saecharum Rosatum utpote huic scopo auxilium convenientis mum, cui propter abstersionem, agglutinationem Nutritio nemque plurimum attribuere docti. \* Conditiones in hujususu Tresab Excellentissimo Dn. Sennerto \* positas brevissimis hic recensere lubet. Prima est, ut abstergentia & mun. dificantia præmittantur, Altera ut magna in quantitate frequentius adhibeatur, Tertia, ut si sputum forsitan retineat, princ.hist. Expectorantia per intervalla exhibeantur. Hispidulam etiam seu Pilosellam & ex ea confecta medicamina Artisnostræ Proceres in hoc affectu miris modis commendant.

\* Mefues

de Phth.

stan. de

medicor.

bist. 33.

.2.6.6.

+ Practic.

Medic.l.2.

49. 12.

Confer

Chymicis sua quoque hic funt medicamenta sulphur nimirum, quod animam Pulmonis appellitant, & ex eo parata, Balsamum flores, lac, rubinus ac similia, flores item Benzoini, Elixir proprietatis Paracelfi, Laudanum opiatum, &c. Quætamen an existente jam in corpore Cas lore Hectico, Extenuatione Totius & Virium imbecillitate, (quæ concatenatim quasi se invicem sequuntur) adeo sint proficua, tutius esset ante exhibitionem corum explorare prius, quam incauto sæpius corum usu hominem citius è medio tollere.

XCII. Inter Externa primas obtinere videntur Suffimigia & odoramenta, quætum oretum naribus excepta illud præ cæteris utilitatis inferre dicuntur, quod effectum suum, quem expetimus in Pulmonibus edant, reliquum tamen corpus non ita afficiant. Hinc laudantur suffitus ex Thure, Mastiche, Myrrha, Rosis, Santalis, Cinamomo, Ladano, Benzoë, Nicotiana seu Tabaco: addunt & suffumigium ex sulphure, quod ego vix ferrem, itemque ex Arsenico, quod plane non admitterem. Tutius hie usurpantur ex medicamentis idoncis in vino vel alio convenienti liquore coctis vapores, qui sine læsionis metu Partem affectam effi-के प्रमाणकार्यकार विश्वन अने देश caciter satis contingere queunt, XCIII.

XCIH. Curationem febris, sive Putrida sive Hedica quod refert, etiamsi sanato ulcere in Pulmonibus existente & ipsa Febris aut omnino cesset, aut facilius curerur; haud plane tamen eam negligendam effe cenfent, sed quoad permillionem principalioris indicantis, refrigerantibus præcipuè Calori Hectico totam corporis molem depopulanti ita obviam irestudent, ne & per hoc curatio ipsius Ulceris reddatur multum difficilior: Que tamen omnia ex doctrina de Febribus, cum hic apponere nimis longum foret, uberius erunt haurienda.

XCIV. Extenuationem tandem auferre tentant, tum per Nutritioni convenientem Diætam, tum per Pharmaca, præsertim autem cordialia. Huc quoque referri possunt Syrupi illi Magistrales, Impinguativi dicti & à Pulverino tantopere deprædicati. \* Ncq; silentio hic omittendum, quod \* Medic artis nostræ Dictatores dum ulceris curandi spes est exiguna, na Pract. blandien dum esse malo dicant, ac refrigerante & humectan-cap. de te, Calori sc, sebrili & emaciationi præcipue resistente Vi-Tabe. au uti jubeant : sæpe enim, cum malum hoc sit diuturnum Phthisicus sua sorte contentus longiori & commodiori vita fruitur, quam qui crebrioribus medicinis & querimoniis suipsius quasi existit carnifex,

XCV. Tuslis tandem, Hamoptyseos, Diarrhoea, Con-

stipationis Alvi, ac reliquorum symptomatum curatio peculiaribus suis nixa indicationibus videatur apud Practicos. Subnectenda jam est DI AE TA.

XCVI. Aër igitur illi, cujus supra in Causis facta est mentio, plane esto contrarius: De hoc Pulverinus, Medicins Profesor Neapolisanus, & Hippocratica ac Galenica doctrina addictissimus: Aër in activis eligatur temperatus, in passivis ad sicoum vergens, Hujusmodi est aër Tabiarum loci inter Neapolim Surrentum positi, ut ejus Galenus 3. meth.cap. 12. meminit; MON

Nos autem hac tempestate Tabidos remittimus ad aerem Resine, vel Portici, velloci ejus qui vulzo Torre dello Graco dicitur. Hæc + loco fu-

Pulverinus; \* Verum enimvero, cum & hicce aër fere nobis denegetur, ideoque accensis lignis & præsertim resinosis acpiceis, herbis quoque siccioribus & odoratis hinc inde prostratis', suffitu quoque ex rebus supra nominatis aëtem alterantes à ventis australibus, Radiis lunaribus Aestu intenfiori & subitanca quavis aëris ac loci mutatione ægros prohibebimus. Et certe plurimum rei in hoc positum esse videtur; cæteroquin optime constituta Victus ratione, si illud quod indesinenter inspiratur & integris pene viribus pulmones intrat, morbo per se tam ægre curabili fomitem præbeat; patientes tandem malo succumbere & fatis concedere mirum non est: è contra vero, quid boni ex elementiori aëris constitutione nobis expedare liceat, mulier illa apud Galenum Phthisica, quæ juxta furnum indesinenti siccioris aëris inspiratione vitam ad annum quoque à morbo vigesimum octavum protraxit, satis contestatum facere potest.

XCVII, Quibus etiam Contagii ratione cum Phthisicis est suspectata conversatio, illis hanc bonapace subterfugere, ac non solum liberiorem aërem sibi quærere, sed & cum Massaria & nonnullis aliis parieres trabesque dealbare ac suppellectilia, ne mali quidpiam vel post obitum Phthisico-

rum corripiatipsos, mutare fas erit.

XCVIII. Multo minus alienis qualitatibus à fumis atque halitibus venenosis infectum aërem admittere expedit; quemadmodum & felesadeo, ur multi solent, exosculari & in deliciis habere, propter halitum earum quem ferunt tabificum, usque adeo tutum non est.

XCIX. Cibus qui concoctu facilis, succi laudabilis & multi nutrimenti, in hac corporis extenuatione omnino videturidoneus; hinc brodiola pullorum, Gallinarum, ut & carum carnes ac hepata, testes quoq; gallorum non coeun-

tium,

tium, sorbitiones ex prisana, ex amylo cum lacte & quæ sunt hujus generis alia 9. 88. enumerara, in hoc casu nulli fere non funt laudara. Medicus tamen prout vel in ulcere vel in macie curanda occupatus eft, omnia ca ita moderati debet, ne uniattentus alterum omnino neglectum habere videatur; Nequesemper benedicta illa ptisana oportet uti, inquit Capivaccius. Vinum in progressi morbi exhibere vix tentant, nisi sit ολιγοφόρον, Aquam potius Chalybeatam aut alio modo correctam, prout expectorandum aut consolidandum est, propinant. Acidulas omnino exulare jubeas. Vitentur omnia calida, salsa, & aromatizata ut & omnia δύσπεπ a και κακόχυμα, Hinc efus Cochlearum sine probabili ratione Phthificis commendatur, juxta effatum Nobilisimi atg Excell. Dn. Doctoris toh. Alberti Sebizii, Patroni quoque ac Fautoris mei honoratissimi. Disputat: de Calido innato, Corollar.7. Ea propter quoque cum Venerando ejusdem Dn. Parente. Nos cupedias istas relinquimus aliis, contenti ferculis humana natura convenientioribus, scimus enim carnes Testudinum frigidas humidas, erassas, duras, lentas viscidas que esse, de, Inprimis autem crapula & ebrieras omni studio devitentur: quem admodum enim Lues Venerea scortatorum, ita Phthisis Hellworum miserandum nuneupatur flagellum.

C. Lactisusus in hoc affectuab omnibus fere commendatus est, præsertim si lac ab animali plantis pulmoniacis enutrito recens emulctum & vel melle vel saccharo prius correctum suerit. Habenda tamen hic critratio & corum quæ ex Hippocratis cautela lactis usum prohibere possunt, & illius cujus gratia lac Phthisico exhibemus: Diligentius

de hâc re Capivaccius. \*

CI. Reliqua suam servent medietatem. Motus vehementiores, ut & crebrior essulus risus & continuata vocis intentio nihil hicutilitatis præstant. Fugiantægroti, quantum licet, mærorem ac tristitiam, imprimis autem animi

\* l'de Alimentor. facultat. 3.cap.16

\* Pract.
Medic.l.2
c.7.0 l.6
c.33.de fe
brib.Hect
Mercu-

Supra citato Mallarias. Pulverinm B. cc. Zacut. Lufit. l.c. biftor. 3 9.

Alvus, si utaperiatur necesse est, laxetur blandis tantum atque benigne subducentibus medicaminibus illis, quorum supra facta mentio, Venus Phthisicorum Pestis.

Hæc impræsentiarum. Epilogi loco dixisse sufficiat, plurimos in hoc malo per se fere insanabili præmaturam tamen volentes quasisbi consciscere mortem: Impatientes nimirum diuturnitatis morbi, Medicisque tandem inobedientes, cosque sæpius mutantes, nonnunquam ridentes, & sic tanquam ex desperatione eo magis Veneri ac Baccho strenue litantes, gravissimosque alios in Victu errores committentes proprio se gladio jugulant. Verum qui pericusum amat, in eo pereat: hinc qui secundum methodum vivere nolunt, secundum methodum certo ac cito moriantur; qui verò evadunt, illisest quod mecum dicant

# GLORIA IN EXCELSIS DEO.



# COROLLARIA fire funducentible fredicaminious illis, quoruns

Mnes fere Phthisici tales minime videri volunt, sed aliis eos Phthisicos proclamantibus aut consuetudinem saltem eodiente runtualisti rativara sudita igurratdul mur uc tanquan ex desperatione co magis Veneri ac Baccho drenue litames, gravistimos l'alios in Vistu errores com.

Melancholicorum Deliria, & pertinaces ac malitiosas quorundam, corum præsertim qui melancholici videri volunt, actiones internoscere, arduum.

GLORIA IN MIKELSIS DEO.

Non solus sanguis ultimum est & proximum omnium Corporis partium Nutrimentum.

IV.

Calor & Frigus Doloris æque proximæ Causæ esse queunt, ac solutio continui.

V.

Mistio illa alimentorum in Ventriculo ordinem ingestionis eorundem non pervertit.

A Melehior Sebizins. D.

# Ad Clarissimum Dominum Doctorandum Schreckenbergerum, Respondentem, amicum suum dilectum.

D'Um non terreris, sed terres ipse labores, Cum minimè valeat te superare labor: Hinc tibi Doctoris veniet jam danda Corona, Gratulor, & posthac prospera quæque precor.

Cue certa egrotis cuttoffacilitis erante

Fridericus Deckherr. J. U. Doctor, Pandectarum Professor Ordinarius & h. t. Facultatis Juridicæ Decanus.

## Præstantissimo Domino Candidato

Laiper, rel quod vis siello T

Is merito felix, & terque quaterque beatus

Dicitur, in studius qui recte cæpit, & illus

Asiduè incubuit, cursum quoque continuavit

Discendo, & semper studuit superaddere plura.

Verùm is censetur longè felicior esse,

Cui licuit latum studiorum attingere sinem.

Ergo, cum recte Medicorum inceperis artem,

Tractarisque, velut notum est, constanter eandem, Quis te non meritò felicem dixerit esse?

Tu modò constanter consueto currere more

Perge, brevi dabitur tibi pulchra corona medendi
Artis, quam sanè ex animo tibi gratulor, atque
Devotis precibus divinum Numen adoro,
Serviat ut Patriæ: Sit delectabilis ipsi
Grandævo Patri: decori sit sanguine junctis:
Et tibi conciliet memorabile Nomen in orbe.

Melchior Sebizius. D.

# Prestantisimo DNO. Candidato.

Cum Phthisis, ut nosti, non sit curabilis, ergo Cur curam in thesibus ponis, Amice, tuis? Est namque Hippocratic monitum, simul atque Galeni,

Qui Medicos inter sidera clara micant,

A morbis victos linquendos esse, nec illis

Solicitè medica pharmaca danda manu.

Haud etenim infamare decet medicamina, multis

Quæ certa ægrotis causa salutis erant:

Sed tantum indomiti morbi prædicere finem,

Quod genus auxilii respuat omne boni.

At rursus multis valde esse videtur iniquum,

Aegrotos prorsus deseruisse pios.

Quin potius præstare ajunt symptomata solum

Tollere, vel quodvis fingere mentis opus.

Sic namque ægrorum Medicus respondet abundè

Voto, sic famæ consulit ipse suæ.

Non etenim is solum Curantis nomine gauder,

Qui medica pellit corporis arte mala:

Sed quoque qui fieri quæ possunt efficit, atque

Solerti studio quæ facienda facit.

Non est in Medico, cultus canit ille Poëta,

Ut morbos semper curet & arte fuget:

Interdum morbus Medica est robustior arte:

Nec solet optatis cedere præsidiis.

Haudigitur frustrà, haud, SCHRECKENBERGERE pigebit Tabisicæ curam proposuisse luis.

> Johannes Albertus Sebizius, D. & Prof.

CI blanda mors ex omnibus sit optanda, Dlenissimum Phthisi perire censerem. Non corporis sævo dolore, pleuritis, renumque viscerumque passio dira qualem dabit, qualem podagra nodosa, aliive morbi, lancinabitur, sæpe sele perire sentiens. Quin & mentis tranquillitatem nulla tormina affligunt, deliriumve turbat; hinc suæ mortis momenta præscius futura componit, animoque placido æternitatis intentus meditationi proximum Deum observat, Isti mederi disseris malo, Petre, cruciatibusque mille fata nos mavis subire nostra? absit! Periculum mortis qui certius (violentia licet nulla id terreat) vitare novit, is cunctis pariter medelam cæteris sciet certam. Sic sola erit funesta, termino lento que non reluctantem senecta compagem dissolvet. Hunc peritum Apollinem mundo si reddis ipsi gratulabimur quondam. Nunc vota tantum consulas boni; Summos quos rite honores Æsculapius noster jam destinabit, cœlitus tibi faustos & publico precor bono salutares.

M. Philippus Jacobus Spenerus Rocfpoler. SS. Th. St.

# In rei memoriam

VErbis, non herbis Cathedram vum scandere sas sit; Intrepidus scandus; cur? Tibi Verba sluunt: Herba licet curet, currant hic Verba necesse est; In Cathedra trepidat nescia Planta loqui!

-nakul2

Amico Antiquo Antiquus Amicus. J.G.F.